



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Fvsevs. 16 Januarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

150) 39. (150)

# S. FVRSEVS.

16. Januarii.

Quoniam omne , quod est in mun-  
do , concupiscentia carnis est , &  
concupiscentia oculorum , & super-  
bia vita . S. Ioan . 1. Epist . cap . 2.

**E**X Anglia FVRSEVM accivimus . Iuven-  
ta ejus prodigiis plena reliquæ vitæ  
prælusit , post hanc à Musis transiit ad Mo-  
nachos : mox Doctor sanctioris vitæ & Coe-  
nobii conditor , in quod passim viatos ora-  
tione sua à mundo abstraxit . Inter ea sub An-  
num D. CXLIV . semel iterumque animo è  
mortali corpore exiit ; ductoribus Angelis  
bonis , qui vel ignea malorum tela clypea  
excipiebant , vel quas de minimis etiam vi-  
ta noxis adversarii necebant accusations ,  
diluebant . Iam verò è cœli specula orbem  
contemplatus , cum à quatergemina scelerū  
flamma ( perfidiam , rerum fluxarum cupidia-  
tem , discordiam , atque in miseros cru-  
delitatem Angeli dicebant ) ardere omnem  
didicisset , cùm à cœlestibus Choraulis le-  
vem omnem laborem , quantumvis ma-

C 4

gnus

gnum, omne tempus quantumvis longum ad æternitatem breve esse audiisset; à binis penè è numero Divorum Præsulibus iussus est ad corpus redire, & flagitosos ad frugem reducere. Grave illi fuit à Cœlitum Societati avelli, præsertim ubi ad animæ domicilium corpus exanime ventum est. Ingressus ta volup men Angelis tuadentibus, toti jam Angli orbem (qualem vidit) cœlumque oratione rannu suâ depinxit, annosque porrò XII. scelerat in viâ reducendis impendit. Post hæc, cùnque ar Röمام pietatis causâ contendere, priu mundi esse. testimonium de mortuo corpusculum dixit quas. quarto ab obitu anno & ipsum integrum appetit Animus illuc ivit, quò assuerat jam ire

*Ex Surie.*

## M E D I T A T I O

### *De mundi depravatione.*

I. IN mundo primas habet vanitas. Quisque autem det, aliis præcellere in verbis, factis, ædibus vestimentis: Eademque vanitas non unquam corrumpt sanctiora pietatis officia. O seculum! quanta tumescis superbiâ! liquidò patet, te Dæmoni superborum parenti obsequium præstare, & à placitis JESU CHRISTI penitus abhorre. Qui fieri potest, ut is honores sitiat, qui opprobria nascentis, & morientis JESU consideraverit?

gum 2. Voluptas tam commune vitium est, ut artiu  
binii penè omnium finis videatur: trahit quemlibet sex-  
st ad um, & quodlibet hominum genus. Quia ratione  
redu malum tam latè patens vitabis & fugâ duntaxat. Re-  
etate cede ab urbe Sodomâ, ne communi pereas incen-  
lium dio: si tamen mundi vinculis expedire te non pos-  
sis, palam profitere, te hostem esse deliciarum ac  
is ta voluptatum ejus.

3. Insatiabilis habendi cupiditas est mudi ty-  
rion rannus, diu noctuque ejus explemus mandata. Ob-  
eratim le Clementis, fama, sanitati, saluti divitias plerum-  
cùm que anteponimus. Quid multa? Aurum Deus est  
mundi, tametsi dixerit Christus: Beatos pauperes  
esse. Ut cœlestibus bonis potiaris, terrena relin-  
quas, affectu certe, si minus effectu. Quia mundus  
appetit, Crucem redires; & illis, qua crucem mundus  
reputat, toto amore inhareas. Bern.

---

## S. ANTONIUS A B B A S.

17. Januarii.

Si vis perfectus esse, vade, vende  
omnia, qua babes, & da paupe-  
ribus, & habebis Thesaurum in  
Cælo, & veni, & sequere me.  
Christus: Matih. cap. 19.

Aegyp: